



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Fabula

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)



# POLYANTHÆ NOVÆ LIBER VI.

F.

## Fabula.

### DEFINITIO ET ETYMOL.



**F**ABULA, Græcè *μῦθος*, s. *ἡ* & *πυθώνας*, fabulor, *μυθολογία*, s. *ἡ* fabulolus dicitur. Est autem fabula, res ad utilitatem siue delectationem hominum conficta; ut sunt Poetarum fabulae, ut fabulae *Æsopice*, quæ ab Hesiōdo Poeta initum sumptere. Dicitur autem fabula a *fando*, inde *fabula*, & *confabulor*, simul loquor, & *confabulatio*, hoc est, colloquutio. Fabula facit Diminutionem. Est autem proprie sermo, & rumor populi, atque sermo in vulgus sparsus in dictionum versâ, & passim publicata, sic *ἡ* *ἱστορία* Hebr. *Maschal*, vox media a verbo *Maschal*, dōminatō. *ἡ* *ἱστορία* vulgatum illud: Vox populi vox Dei.

### Loco BIBLICI.

Abiit pro falsis & inutilibus doctrinis, 2. *Timoth. 4. v. 4.* eas respiciuntur homines. *Ibidem*. Fabula de Diana Ephesina, *1. Timoth. 1. 4.* Fabula vitæ de. *Ibid. Tit. 1. 11. 4.* *1. 16.* in Fabulam fuerunt alii Iudæi inobedientes. *Deut. 32. 17.*

### SENTENTIAE BIBLICAE.

Tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed doctrinam cocerant sibi magistros prurientes auribus. Et quidem auditum auerent: ad fabulas autem conuertentur. *1. Tim. 4.*

### SENTENTIAE PATRVM.

Apud Auctores secularium literarum, ut apud Horatium, mus mus, & mustela vulpeculae, ut per narrationem fidam ad rem agitur, verax referatur significatio: Vnde & *Æsopica* fabula cum fœnem relatas, nullus inereditus fuit, qui putaret apud regem fecerunt, & loquuntur ad fidem & ad verum, quod loquuntur: ficta quidem narratione, sed veraci significatione *Aug. in di. contr. a mendacium.* Fabula est vni veritatis non habeat, tamen rationem habet, ut verum possit veritas manifestari. Referunt inquis, seculares, viderunt fuisse, ut quoties beneficio virium suarum delitu, & nutricei teram impulsu aduersarii contigisset, de magis in aduersarium praevaleret, & sic occasio pro casio fœdat triumphum. Dabat infirmitas fortitudinem, la victoriam, ruina victoriam. Cui hæc conueniunt, nisi Christo, qui hoc cecidit, ut gloriolior resurgeret? *Amb. lib. 3. de Offic.* Fabulae famulo dicitur: quia non sunt res factæ, sed tantum motu inter colloquio, imago quædam vitæ hominum nascere, mus mus loquuntur, mustela vulpeculae: & in libro Iudicium, quæ sibi regem requirunt: quod totum ad mores ordinat rem, quæ intenditur, ficta quidem narratione, sed veraci significatione, pertinetur. Sic enim Demosthenes in quadam oratione aduersus Philippum: qui ab Atheniensibus abierunt docem oratores, & illa finxit fabulam. Lupi fuerunt, ut in amicitiam conuenissent: cumque hoc pastoribus dicitur, petierunt lupi, ut prius sibi vice securitatis canes tradere, quibus videtur occasio iurgiorum: annuerunt pastores:

& tunc lupi omni adempta formidine, omnem gregem non solum pro fatiate, sed etiam pro libidine lacerauerunt. Sic, inquit, Philosophus, sublati oratoribus in populo Atheniensium facturus est: Oratores populi postular, quo facilius possit opprimere spoliata custodibus vibem. *Ibid. lib. 1. Erym.*

### SENTENTIAE POETARVM.

Martialis.

*Quodq; tibi macchum fabula nulla dabit.*

Verinus.

*Inficit obsceni puerorum carminis aures*

*Fabula dum Satum quatitur ipse visor.*

### PHILOSOPHORVM PLACITA.

*Æsop*, qui merito sapiens æstimatus est, vtilia monita sua non fecerit, neque imperiose præcepit: sed, ut Philosophis, mos erat, salubriter ad perspiciendum mentes animasque hominum causa audiendi quadam illecebra induxit. *Gellius lib. 2.*

*Apuleius* de Deo Socratis introducit fabulam *Æsopi*, de coruo tenente carnem in ore: cui dum vixisset vulpecula, quod cygno melius cantabat, & volens cantare, amisit carnem de ore, ac potius crocitant, quam cantant, & sic suam defectiōnem publicauit: quod multis accidit, qui volunt se magnificare, & ultra mensuram vires suas ostentare. *Ibid.*

Fabulas existimo necessarias, non ex eadem causa, qua poetis, sed ut inbecillitatis nostræ adminicula sint: & ut dicentem & audientem in rem præsentem adducant. *Incertus auctor.*

Itæ ineptiæ poetis relinquuntur, quibus aures oblectare propositum est, & dulcem fabulam necere. Sed qui ingenia sanare, & fidem in rebus humanis retinere, ac memoriâ officiorum animâ iugere volunt, serio loquantur, & magnis viribus agant. *Seneca libro de beneficijs.*

Nihil debet esse in philosophia commentitijs fabellis loci. *Cicero lib. 2. de divinatione.*

*Philomythes*, id est, fabularum amator est aequaliter philosophus, quia fabula ex mirabilibus constituitur. *Aristor. lib. 1. Metaphys.*

Consuetudo audiendi apologos, & maxime fabulas, magnum impedimentum est in cognitione veritatis. *Commentator super secundo Metaphys.*

### SIMILITVDINES.

*Plutarchi*. Quæmadmodum iris nihil aliud est, quam relucetia solis refracti in nubibus: ita fabula quædam est veri representatio. *In Moral. Plut.*

Quæmadmodum aranæ ex se telas texunt: ita quidam ex scriptis comminiscuntur fabulas ac mendacia, cum nihil subit veri. *In Moral. Plut.*

Ut apud ex amarissimis floribus & asperissimis spinis mel suavissimum ac leuissimum colligit: Sic ex turpibus ac sceleratis fabulis, utcumque decerpi potest aliquid utilitatis. *In Moral. Plut.*

*Anonymi*. Ut Democrates medicus Confidæ mulieri omnem curationem austeram recusanti, lac caprarum dedit, quas lentisco pascebat: sic is qui profusus a tetricis philosophiæ præceptis abhorrent, fabellæ quædam amœniores proponendæ, sed quæ philosophiam recipiant. *In Similib.*

## Facetia.

### DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

**F**ACETIA, Græcè *σὺργασμία*, s. *ἡ* & *σὺργασμῶν*, s. *ἡ* facetus dicitur. Est autem facetus, qui facit verbis quod vult dicitur.